1. Ścieżka zapisu	2. Nazwa archiwum	3. Nr zespołu
BDSand\AKKKS\657	Biblioteka Diecezjalna w Sandomierzu	

4. Nazwa zespołu
Archiwum Kapituły Kolegiackiej i Katedralnej w Sandomierzu

5. Sygnatura	6. Liczba stron	7. Liczba skanów
AKKKS 657	4 k.	8

8. Data wykonania	9. Nazwa pracowni	10. Skanerzysta
23.10.2017	Alto-Protekt	Dorota Stelmach

11. Uwagi

ANNUS D̄NI 1674

In hoc Anno inscriptæ sunt in librum Hunc Literæ Authenticæ Censurarũ
Ecclesiasticarum per Judicialem Sententiam ex Consistorio Dioeceſis Cra-
coviensis extraditarum contra Personas Varii Status, in Ecclesia Nra
Voluramensi publice edictarum, gerente Episcopatũ Cracoviensem Illu-
strissimo ac Rndmo Dnõ ANDREA TREBICKI Duce
Severiæ, ac Vicario eius Generali Perillustri et Rndmo Dnõ Nicolao
Oborski D. L. Episcopo Laodicensi, Suffraganeo, Scholastico ac Officiali
Cracoviensi. Et inprimis Die 18 Martii quæ erat Dominica Palma-
rum Sententia Excommunicationis Maioris pronunciata est cum Aggra-
vatione per R. P. Prosperum Gołębiowski CR. L. contra incolas et
totũ Magistratũ Zarnoviensem ratione non extraditionis Decimæ con-
cernentis Moniales in Imbramowice Fundatas ad Ecclesiam Suam.

Die Vero 24 Martii Iidem praenominata Censura castigati, Sublevati sunt
ad Spatium temporis Septimanarũ Duarum per edictũ publicũ in Ecclesia
Nostra hoc denunciante R. Dnõ Eodem qui supra. quæ dies erat Sabbatũ
Sanctum.

A die 12 Aprilis Eadem Sublevatio ab Excomunicatione prolongata ẽ iisdem
Incolis Magistratus Zarnovien Oppidi ad decursũ Septimanarũ Sex.
quod denunciatũ est in Ecclesia Nostra de Ambona Die Dominica 2 post
Pascha Scil. 15 Men Aprilis. per R. P. Franciscũ Trebinski CR. popu-
lo multo ad divina audienda congregato.

In Eodem Anno Die 22 Martii de licentia sui Pastoris A. R. Francisci Gregori
Confessor In Dierna Porzba Confessus est Sacramentalr Generosus Dnũs
Abraham Constantinus Zyżakowski Dnũs Hæreditarius Villæ suæ cum
Generosa Dnã Christina Consorte sua, ac famulis aliquot Curiæ suæ idq
in Cœna Dni N. J. Christi. Coram me Pre Francisco Trebinski C. R. W.

Die 14 Octobris Allata est Epistola Authentica de Szczekociny, Curiæ Per-
illustris at Admodũ Rndi D. Stephani Zodrinski noviter creati Offi-
cialis Pilcensis, ex Parocho Szczekocinensi, pro Denunciatione ex Am-
bona ad Ecclesiam Nostram. Quod ex eadẽ denunciatũ Die eodẽ qui supra.
Per R. P. Franciscum Trebinski CR. eiusdem Ecclesiæ Vicarium.

ANNUS D̄NI 1675

Praesentia in Visit. 1675 31 Jan.
Stephanus Zodrinski

Licentia Authentice Offli extradita pro Contractu S. Matrimonii
Nicolaus Oborski D. et A. S. L. Episcopus Laodicen, Suffraga-
neus, Scholasticus, Vicarius in Spiritualibus et Officialis Generalis Craco-
viensis.

Admodũ Rndo ac Religioso Georgio Gorski in Voluran Praeposito
Ordinis Canonicorũ Regularium Lateranen Conventus Sſmi Cor-
poris Christi, vel Alteri de Licentia eius Nobis in Christo Dilecto
Salutẽ in Dnõ. Ut liceat tibi Generosũ Stanislaũ Orowski cũ Gene-
rosa Regina Dobrzycka Sacrũ Matrimoniũ inter se contrahere
Volen, dummodo Utriusq sibi consentiunt, ambo Catholici fuerint, nec
eis Affinitas, Consanguinitas, Raptus, aut aliud prodvis Canonicum
obstet impedimentũ, omissis omnibus Denunciationibus in facie Ecclesiæ
copulare, Utq copules. ita tamen Ut huic Benedictioni Matrimonii
adsint duo Vel tres Testes fide digni, quorũ nomina et cognomina
simul et Contrahentiũ in Metricã Ecclesiæ inscribas, plenã et omni-
modam facultatẽ damus et concedimus per Praesentes. In quorũ
Fidem &c. Datũ Cracoviæ Die 14 Mensis Februarii. Anno Dni
Millmõ Sexcentmõ Septuagesimo Quinto.

Petrus Stanislaus Ostowski
Aplicus et Consist. Crac Notarius
Actuarius.

cessus pro Supplicationibus faciendis in Omnibus Ecclesiis.

ANDREAS TRZEBICKI. D. et A. S. E.
E. C. D. S.

Illustribus et Admodum Rndis Praelatis, Canonicis, Ecclesiae Nostrae
Cathedralis, tum Universis et Singulis Rndis, Venerabilibus, Religiosis et
Salutem in Dno. Cum Serenissimus Ioannes Tertius Electus Rex noster de
salute afflictissimae Patriae sollicitus ad promovendum Bellum contra hostes
S. Fidei Catholicae, quod felicibus armis incepit, caelitus opem a Beatissima
Virgine Matre Dei, et SS. Patronis Regni Nostri, praesertim a Beato
Stanislao Kostka (cuius iam Patrocinium se expertum fatetur) imploret,
atque Vota sua Nostris Supplicationibus Divinae Maiestati accumulari
per Intercessionem Beati summopere desideret. Nos ab eius Maiestate per
literas requisiti desiderio et piae intentioni Regiae Maiestatis satis
faciendo ad impetrandos felices successus armorum, Singularem Devotionem
in Ecclesia Societatis Jesu, ad altare praedicti B. Kostka instituendam
sine mora duximus in hunc modum. 1mo Ab Officiali Nostro designetur
dies Dominicus aut Festus quo Vacatur ab operibus, in quo Oratio Divina
cum expositione Sanctissimi Sacramenti in Monstratorio semel in Mense
cum Supplicationibus in Ecclesia S. Petri Societatis Jesu futura, ante Hebdo-
madam publicetur a Concionatoribus in omnibus templis. Deinde. Convocato
Vero Clero et populo die designato Votiva Solemnis de B. Stanislao
Kostka cum Collectis de Beatissima Virgine Maria, S. Stanislao, S.
Adalberto et aliis SS. Patronis Regni, addita pro Serenissimo Rege
Oratione celebretur, in qua et in Conclusione ferventer Concionatores
populum permonere conabuntur, ad Veram de peccatis commissis poenitentiam,
et ad humiles coram Deo Supplicationes, Ut Serenissimo Regi, murum
sese pro Ecclesia et Patria contra hostes opponenti benedicere ac prospe-
rare dignetur nobisque omnibus tandem post tot annos Variis calamitatibus
afflictis misereatur. 3tio Extra Civitatem Ubi non sunt Altaria
B. Stanislai Kostka, Missa de B. Maria V. celebretur, cum collectis
similiter de SS. Patronis Regni, nominatim B. Kostka et Oratione
pro Rege addita. 4to Singulis Hebdomadis die Sabbati in omnibus
Ecclesiis cantentur Lytaniae de B. V. Maria et Supplicationes consuetae
ad Altare Maius recitentur. 5to. Denique Omnes Parochi et Concio-
natores tam intra quam extra Civitatem populum ad sinceram de peccatis Contri-
tionem hortabuntur, quatenus in tam calamitoso Reipublicae statu, omnes
a quibusvis iniquitatibus abstineant, pro quibus Divina Maiestas, iustis-
simas poenas nobis infligere minitatur. Tamen vero Supplicationes tam
diu durabunt, quamdiu Serenissimus Rex, (quem Deus salvum et incolumem
conservet) bello finito cum optata Pace in Patriam non revertetur.

Receptus ad Nostram Ecclesiam Processus Die 20 Febr. A. D. 1675.

NB. A die 3 Februarii ad Diem 17 eiusdem Mensis praedicabantur
in facie Ecclesiae Nostrae tres Denunciationes Spectantes con-
tractum Matrimonii futurum inter Dominicum Lawicinski de
Molendino Voluwam alias Korinski, et Mariannam Jaskuteryna
Virginem de Parochia nostra Voluwamensi. qui diu deliberante,
futuri ne sunt, ea quae hic proposita sunt, ne interesit Affinitas.

Authenticum de Parochia in Chlina per ipsum R. Parochum allatum Die 7 Iunii

Nicolaus Oborski D. et A. S. E. E. L. Suffraganeus, Scholasticus,
Vicarius in Spiritualibus et Officialis Ecclis Cracovien.

Honorandis Viris, Vicariis Ecclesiarum quarumvis ceterisque Presbyteris quibusvis
tenore Praesentium requirendis Salutem in Dno. Noveritis quia Nos Excom-
municationis Sententias in et contra Laboriosos, Paulum et Blasium
Kuronie, Iacobum Lor-konie, Bartholomeum Prokop, Martinum
Sokerny, Nicolaum, Albertum, et Stanislaum Luskonie, Iacobum et

Andream Kuipevonie, Blasiũ Chobast, Thomam Zelasko, Mathiã Zo
Cluta, Joannem Masiasz, Christoforũ Liwa, Gregoriũ Krawa, aliosq
et Incolas Villæ Chlina ratione contumaciæ in causa occasione non extraditionis
missaliũ ex Agris suis proventiũ a multis annis et alias ab Ultima quietatione
retentorũ seu alias quomodolibet iam dudũ latas et fulminatas, in contumaciam
eorũ pro Die et termino hodierno legitimè citatos et non comparentes, Christi no
mine invocato aggravandos esse duximus, Uti quidẽ aggravamus his in scriptis, mandantes
Vobis executoribus supra scriptis in Virtute s. obedientiæ quatenus supra scriptos Laboriosos
facta ipsis prius præsentiũ intimatione, sicut prius excomunicatos, ita et nunc ag:
gravatos Vestris in Ecclesiis Singulis diebus Dominicis et Festis corã Populo ad
Divina audienda congregato, campanis pulsatis, cereis candelis extinctis, prius
accensis, ac demũ in terram ex Ambona proiectis in signũ inobedientiæ et ma:
ledictionis æternæ publice denuncietis, publicariq et denunciari curetis, præmissa
tamdiu exequentes, donec aliud a Nobis habueritis in Mandatis. In cuius fidẽ &c.
Datũ Cracoviæ Die mercurii Duodecima Decembris. Anno Dñi 1674to

Quẽ Processus Juridicus Die 9 Junii. In Festo SSmæ Trinitatis est denunciatus in Ecclesia Nostra ex Ambona Per R. Prosperum Zołębiowski CR. cum Solemnitatibus suis.

Nrõ sub sigillo.
Petrus Stanislaus Orlowski
Aplicus et Consist. Crac. Nrius
Actuarius.

IOANNES DE MAŁACHOWICE MAŁACHOWSKI DEI & Aplicæ Sedis graã Epũs Cracẽ DUX Severiã.

Admodum Reverendis, Rndis Venerabilibus & Honorandis Viris Decanis, Præptis, Parochis, Comendarys, Vicarys, aliisq Beneficiatis Ecclarum quarumcunq, per & intra Diœcesim nrãm Cracoviẽ consistentium, Nobis in Xsto dilectis salutem in Dño. Experientia teste sufficienter didicimus, plurimos Prẽsbros aliosve Clericos scandalosos incertas sedes, et domos habentes, nullisq adscriptos Ecclesiis, deserto legitimo suæ Ordinationis loco cum summo opprobrio & dedecore status Clericalis, per Diœcesim Nrãm Cracẽ cursitare, sicque nonnullos in confiniis Diœcesis Nrẽ Vagari, nonnullos Vero solius quæstus gratia, ad Imagines & loca miraculis clara excurrere, ibiq immorari, et absq Nrã facultate, et approbatione ad Sacrificium Missæ & Confessiones excipiendas plerumq admitti: alios Vero quantumuis minus competentes ad subeunda Officia Parochialia sufficientes sint, ad munera Vicarialia adhiberi, per quod multa inconvenientia absurda scandala & Animarum damna sequuntur. Cupientes igitur in Vagos et scandalosos, serio animadvertere Ecclarũ meliori commodo prospicere, & Statuta Provincialia ac Diœcesana de Promissis

Provisis, et Ordinandis. Sanctitae ad Executionem deducere
praesentes Processus, seu Publici Edicti literas ex Officio
Nostro extradendas, et per totam Dioecesim Nostram trans:
intimandas esse duximus prout extradimus, intimamus et publi:
camus, statuentes et serio praecipientes Ut omnes Vagi, ad
suas Provisiones redire aut se alicuibus Ecclesiis adscribi
in spatio duorum mensium a die Publicationis seu Inti:
mationis praesentis Nostri Edicti computando curent. alioquin,
si intra huiusmodi praefixum tempus non redierint, nec se
servitio Ecclesiae addixerint extunc Nos contra tales Vagos
Provisos, poenam Suspensionis, ipso facto absque Ulla alia
declaratione incurrendam decernimus. Provisionibus vero in
Virtute S. Obedientiae et sub Excommunicationis poena praecipimus, Ut
suos Provisos ad Sua loca redire Volentes recipiant, quod
si eos respuendi iustam causam habeant eam ad Nos Vel Vica:
rium Nostrum Generalem deferant. Provisi autem sic Ut prae:
fertur recepti aut alicui Ecclesiae ~~recepti~~ adscripti, obligati
erunt in perpetuum vel ad pinguioris beneficij adeptionem,
in servitio earundem Ecclesiarum manere, nec eos eam Volen:
tes Parochi absque scitu Nostro, Vel Vicarij Nostri Generalis dimitte:
re poterunt: Ut autem praemissa fideliter observentur
committimus et mandamus Decanis Locorum Ut ad eas se:
dulo invigilent, et quos post praedictum duorum mensium
tempus a publicatione huius processus Vagos animadverte:
rint eos capiant, sicque captivatos adhibito eam si opus
fuerit brachio saeculari ad Nos seu officium Nostrum
Consistoriale Pragense adducant adducique curent. Sin:
gulare propterea apud Nos habituri meritum, salvis ex:
pensis per Nos refundendis aut saltem eosdem pe:
nes quem comprehensi fuerint, arrestent et interim
ipsos ad Nostrum Officium deferant, alioquin in Decanos
hac in re negligentes tanquam inobedientes serio ani:
madvertemus.

Et quoniam huiusmodi Vagationes plerumque ex
fictis et ementitis Provisionibus procedere solent, id
circo eodem praesentis Edicti Nostri contextu edicimus et di:
stincte praecipimus Ut in futurum ad Provisiones quasvis
ad Ecclesias suis Provisis inscribendas nullus Parochus
et quivis Beneficiatus admittatur, nisi servatis con:
ditionibus infrascriptis..

Primo. Ut quilibet Provisor Volens Provisionem inscri:
bere alicui, ferat a Decano Loci testimonium, cum subscriptio:
ne Notarij Decanatus eiusdem Vel in eius defectu Par:
chi antiquioris, per quod constet Provisionem habere suf:
ficientes proventus Ecclesiae ad fovendum et alendum Vica
rium,

Vicarius, Vel alius pro eo Surdotus Vicarialem domum Vincat,
et quod Ecclesiae necessitas exposcat Ut Vicarij adhibeantur, sub
qua Conscientia Decani Loci oneratur.

Secundo. Ut Provisores curent quod priores Provisos a
suas Ecclesias, Vagos non habeant nec de illis sciant, nec in earum
praeiudicium inscribent provisionem, neque Provisos eam Volentes
Vagum demittent a suis Ecclesiis, sine scitu Nostro aut Vicarij Nostri
Generalis.

Tertio. Ut huiusmodi inscriptiones personarum non ad literas
missivas per Mandatarios et non nisi coram Actis Curiae Nostrae,
aut Officij Consistorialis Cracoviensis recognoscantur: nisi aliquis legaliter
te iusta, Nobis Vel Vicario Nostro Generali exponenda impediti fuerint, quo
casu coram Officiali Foraneo speciale mandatum ad inscribendum
personae sibi electae cum facultate eam iurandi in praedicto
numero praecedenti articulos recognoscere potuit.

Quarto. Ut non nisi idoneis et de scientia ac probabili suf-
ficientia ad curam Animarum de quorum Vita, moribus et conversatione
honesta bene notis, et ex mandato Officij Nostri prius examina-
tis inscribant. Porro illi qui ad Ordines sunt pro-
movendi noverint se nullatenus admittendos esse nisi habue-
rint infrascripta requisita

Primo Ad minores Ordines promovendi testimonium
bonum a suo Parocho et Magistro sive Seniore Scholae
in qua sunt educati, habeant. Ad maiores autem sacros
Ordines evehendi aliquo die ante examen Ordinandorum
Nos Ordinarium Loci, Vel Nostrum Vicarium Generalem adeant, expo-
nendo suum nomen, cognomen, patriam in qua sit aliquis natus
Ubi domicilium habeat etc.

Secundo. Ut ante Ordinationem Uno mense Ordi-
nandorum Nomina, Cognomina et desideria a Parochis, Vel ab
ijs quibus Nos Vel Vicarius Noster Generalis commiserimus publicentur
iuxta Formam infrascriptam, in Ecclesiis ex ambone ad singulos
Ordines temporibus infrascriptis: Videlicet Si Ordinandi Or-
dinari Voluerint Sabbatho post primam Dominicam Quadragesimae
publicentur hae Banna Dominica Septuagesimae. Si Ve-
lint ordinari Sabbatho ante Dominicam Passionis Vel Sabba-
tho Sancto, publicentur Dominica Prima Quadragesimae. Si Velint
Ordinari Sabbatho ante SS. Trinitatem publicentur Dominica
tertia post Pascha. Si vero ordinari Velint Sabbatho post
Festum S. Matthaei publicentur praedicta Banna Dominica
Tertia Augusti. Si denique Ordinari Velint post Dominicam
Tertiam Adventus publicentur Dominica Tertia Novembris
Diebus autem alijs nullatenus publicentur nisi ex speciali
facultate Nostra, Vel Reverendissimi Suffraganei Vel Vicarij Nostri
Generalis, favore cuiuscumque personae extra tempora ordinandae.

Tertio. Ut Ordinandi ferant testimonium a Parocho Vel ab
eo cui.

#

... ab eo cui a Nobis commissa erit publicationis prædictæ cura: ing̃ testificetur, publicationem fuisse tali Dominica Nomen Cognomen & desiderium Ordinandi impedimentaq̃ infra con notata fuisse ex ambona, populo proposita & valvis Eccliæ affixa nullumq̃ compertum esse impedimentum. Et præ terea exprimatur ibi quam frequenter Ordinandus confiteri, Eucharistiam sumere consueverit, an sobrius honestæq̃ conversa tionis sit & nihil de eo mali audiatur et huiusmodi te stimonium clausum Dominis Examinatoribus præsentari teneatur

Quarto. Ut Ordinandus prius se exerceat in suo quo que Ordine: præcipue vero ij qui ad curam Animarum ordinabuntur etiam in traditione doctrinæ Christianæ & præ dicatione Verbi Divini; in hoc enim casu, probationis gratia Clericis Minorum Ordinum aliquoties publice in Eccliâ concionandi, coram suis futuris Parochis licentiam concedimus.

Quinto. Nemo ad curam Animarum Parochus admitta tur ad Presbyteratum nisi prius biennio integro Theologiæ Morali operam dederit & desuper testimonium huiusmo di studij cum profectu sufficienti a Professore suo attulerit, insuper Professorum conscientiam oneramus; ipsosq̃ Parochos in Dño hortamur, ut illi vel maxime doctrinæ sedulam na vent operam quæ utilitati & Regimini Animarum profutu ra esse, dignoscitur ex præscripto sacrorum Canonum.

Sexto Cantum Gregorianum & lectionem cum obser vatione Quantitatis Sancti Patres & Canones summopere commendant. Quapropter Ordinandi serio de his examinabuntur in quibus deficientes sciant se esse reijciendos præsertim ad Sacros Maiores Ordines.

Septimo. Petentes in Interstitijs dispensari vel extra tem pora ex dispensatione Illmi Domini Nuntij Apostolici or dinari, adferant testimonium necessitatis Eccliæ a Parocho, Decano, & Notario Decanatûs, seu in eius defectu a Paro cho antiquiore. Necessitatem vero eiusmodi, tunc tantum modo declaramus esse quando vel Ordinandus obtinet Be neficium quod Sacerdotalem Ordinem exigit nec per alium interim commode satisfacere obligationibus eius potest, vel quando Parochus ob suam ægritudinem aut Parochiæ amplitu dinem, vere hic et nunc indiget cooperatore nec alium in venire commode potest; et hoc ipsum in prædicto exprima tur testimonio. Cæterum quoniam rei gravitate ita exigente a pluribus sic ut præfertur vana debent dari Ordinandis testimonia, Nos inhærendo Verbis Epistolæ Pastoralis tum & comminationi Synodi Szyszkovianæ mo nemus testimonium datores, ut videant, quibus et quomodo te stimonium exhibeant, quamquam si (quod absit) inhabiles aut scandalosos commendent aut alias falsum dent testimo nium præter gravissimum falsæ attestationis crimen quod in currunt; impij sint in DEUM atque Ecclesiam eiusdem superioribus, tales Ordinandos obtrudunt, in decorem Clericalis Ordinis, ruinamque & pernitiem multorum. Præterea sciant eius modi testimonium datores sua Nomina & Cognomina annotanda & in Reg:

& in Regestro Ordinandorum inserenda, idque ad hunc finem
Ut postea constito aliunde falsam fuisse commendationem, poenas eius-
modi commendatores pro hac falsitate & Examinatorum im-
postura ad poenas Iuris contra falsos Commendatores & Imposto-
res contra ipsos decernendas & exequendas ad instantiam
Instigatoris vitentur. In reliquis Volumus et mandamus, Ut
in omnibus praemissis serventur ad amussim Statuta Dioecesana
Synodi Szyszkowianae cap: 27 & 28 praescripta. Ut
autem praesentes Nostrae literae & Ordinationes omnibus innotescant,
et in Executionem absque ulla dilatione & tergiversatione deducan-
tur, Volumus et mandamus Ut per omnes Ecclesias Parochiales
et Decanatus Locorum more unisono transmittantur, Valvisque
Ecclesiarum seu Sacristiae affigantur ac in libro Ecclesiae inscri-
bantur & in Decanalibus Congregationibus, seu Convocationes instituantur
Ut hac ratione Parochi simul congregati, plenius se de omnibus
suprascriptis instruant, & modum ea ad praxim quam citius
deducendi adinveniant. In quorum fidem &. Datum
Kielcijs in Palatio Nostro Episcopali die Septima Mensis De-
cembris Anno Dni. 1690

(L. S.)

Joannes Małachowski
Eppus Cracovien: mpp

Zapowiedz Stanu Kapłanskiego.

Podaiemy do wiadomości uszu Waszych, iż N. N. Udaie
się do Stanu Duchownego, y chce się święcić na Subdiacona,
albo Dyakona albo kapłana. Jezeliby tedy kto z Was wie-
dział o iakiey przeszkodzie, dla ktoreyby niegodzien był się
brać święcenia, niechże do mnie Plebana przyidzie, y to
mi oznaymie albo też kto woli do J. M. Księdza Officy-
ała Krakowskiego lub też do samego Xiążęcia J. Mści
Biskupa naszego. Żebyście zas wiedzieli ktore to są
do Stanu Duchownego przeszkody, otoie wyięte na dzien
Kościelnych przeyrzeliśmy, y teraz ie wam czytać będziemy.

Nie mogą bydz Kapłanami.

I. Ktorzy się z Heretykow z Lutrow, z Kalwinow z Schizma-
tykow, z Zydow urodzili, abo ieżeli też sama w iaką wpa-
dli Herezyą

II Ktorzy są niedobrego łoza, także i ktorzy z tych co kapłana
dobrowolnie zabieli pochodzą aż do czwartego Pokolenia

III Ktorzy dwie abo iedną Wdowę lub też nierządnicę za żonę
mieli.

IV Ktorzy w iakim iawnym śmiertelnym leżą albo leżeli grze-
chu, lub to w Cudzołostwie lub w iakim inszym nierządzie
albo ieżeli są krzywoprzysiężcy, pianice, kostyrowie, bantowni-
cy, zwadliwi, ktorzy się mszczą krzywd swoich, domy
nachodzą

ludzi, ktorzy fałszywe dali świadectwo, ktorych okradziesz
albo ktorzy są o nierząd iaki podezrzani, ktorzy iawny
nich pokutę. wszyscy Infamisowie Bannitowie.
ktorzy dobra iakie pożyteczne maiąc wszastawie, ci tez się
przy wykupowaniu dopominali summy, takze ktorzy od
pożyczenia zboża, lub pieniędzy lichwę brali.

VI. Ktorzy rachunkow nieoddali, lub to Panom, Rzeczypospoli
tey, Woiewodztwu lub tez Sierotom, Szpitalom, [illegible]
Kupcom etc.

VII Ktorzy iaką taiemną na ciele wadę maią iako to iezeli
wielką chorobę mewaią, iezeli się albo byli od Złego Ducha
opętani albo są niespełna rozumu, albo zdrowego niemaią
rozsądku

VIII. Ktorzy kogo zabili albo okaleczyli albo ukowawszy pojmane
byli gdzie wiele ludzi było. ktorzy na śmierć kogo osądzi
li albo do tego przyczynami byli lub co piszące radzące
mowiące, czyniące, z kąd potym śmierć nastąpiła.

Też są przeszkody do kapłaństwa, iezeli tedy kto
wie w [illegible] otym ktory się do Stanu Duchownego za
biera, niech Nam otym bez omieszkania znać dawa,
wzym każdego sumnienie obowięzuiemy, y obiecuie
my, że tego kto co doniesie niewydamy.

IAN MAŁACHOWSKI
Biskup Krakowski mpr
[illegible]

W Księdze niniejszej iest Kart
Trzysta iedna

Wolbrom

KONIEC